



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

XII. Bischof Ludolph von Brandenburg legt der Kirche unserer Lieben Frauen zu Magdeburg über deren in seiner Diöcese befindliche Besitzungen die bischöflichen Rechte bei. (Ohne Datum.) e. 1136.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

wardo episcopo praedicto suisque successoribus neque dux neque comes aut vicecomes aut magna vel parva persona hanc nostram imperialem concessionem audeat molestare vel infringere aut ibi negotiantes inquietare. Et ut hec nostra imperialis concessio nunc et in aevum stabili et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi eamque manu propria, ut subtus videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Acta XIII^o. Kl. April. indict. IV., anno dominicae incarnationis millesimo L^o. I^o., anno autem domini Hinrici regis tercii, secundi imperatoris ejus ordinationis XXII^o., regni XII^o., imperii V^o. Actum Spiraе feliciter. Amen.

Signum domini Hinrici, regis invictissimi, secundi Romanorum imperatoris.
Winitherus, cancellarius, vice Bardonis archicancellarii recognovi.

Nach dem alten Copiarie.

XII. Bischof Ludolph von Brandenburg legt der Kirche unserer Lieben Frauen zu Magdeburg über deren in seiner Diöcese befindliche Besitzungen die bischöflichen Rechte bei.
(Ohne Datum.) c. 1136.

Ludolfus, dei gratia Brandenburgensis Episcopus ecclesie, fratribus nostris tam futuris quam presentibus Notum esse volumus, quod dilecto viro Wiggero, Ecclesie S. Marie Preposito, potestatem & auctoritatem concedimus, fratres suos tam laicos quam clericos disponendi & vice nostra regendi & omnimodam curam habendi non solum in villa, que dicitur Gosle*), prefate ecclesie beate Marie in Magdeburg iam collata, sed et in aliis quibuslibet locis, vbis in diocesi nostra eidem ecclesie conferendis siue quocunque modo iuste aquirendis. Et ne quis hanc potestatem et auctoritatem a nobis concessam aut ignorare possit aut temerario ausu spernere presumat, sigilli nostri impressione firmamus & episcopali auctoritate ratam semper esse mandamus non solum ipsi, sed et ei, cui vice sua curam eorundem fratrum commiserit. Preterea etiam omnem decimationem in prefata villa Gosle et in cunctis ejus pertinentiis in usus fratrum in ecclesia beate Marie in Magdeburg Deo concedimus et ut eam quiete semper & integre possideant precipimus.

Ursache in dieser Form ohne Datum aus dem Cod. Msp. jur. civ. LXXVIII. der k. k. Hofbibliothek zu Wien (p. 22). Vgl. Ludewig Reliq. Manusc. II, 354.

XIII. Paps Innocenz II. bestätigt das schiedsrichterliche Erkenntniß des Bischofs Anselm von Havelberg über die Zehntfreiheit der Besitzungen des heiligen Moritz in der Brandenburgischen Diöcese, am 20. April 1139.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Chunrado Magdeburgensi Archiepiscopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Indignum est cum inter eas personas sibi discordia locum invenit, a quibus debent pacis et concordiae bona procedere. Idcirco concordiam de decimis fundi Ecclesiae B. Mauriti, quae in Brandenburgensi Ecclesia sita

*) Al. Boffe.